

Queis alia jura debet humanum genus,  
 Nec id valere credidi jussus tuos,  
 Ut jura non conscripta, sed nutu Deum  
 Concessa, sempiterna, mortalis satus  
 Violare posses: non enim nuper vigent,  
 Sed ævò ab omni: initia in occultò latent,  
 Nonnè ergò forti corde, sepositò metu  
 Mortalis iræ, par Deis magnis fuit  
 Me gerere morem?

- 16 Ex quò responsò patet, hominis mortui sepulturam è jure non scriptò ac divinò i. e. è jure Gentium (interprete Fabriò 2. Semest. 1.) esse: quam & Dion Chrysostomus in Orat. *Dei* & *Fous* juri gentium non scripto tribuit, quod *Fos* ipse nominat, & apud infensissimos etiam hostes observari tradit, in tantum, ut nec servo, qui tamen alioqui nec civilis nec gentium juris communionem habet, denegari. *l. 2. pr. ff. d. relig. & sumt. fun.* nec jure patriæ potestatis fieri possit, ut humum cadaveri porrigere filiosam. non liceat. *Senec. lib. 2. controuv. 1.* Antiquissimæ quoque Romanorum XII. Tabb. Leges, aliæque quam plurimæ in Pandectis & Codice contentæ, quantæ curæ LL. harum conditoribus fuerit honesta & decens sepultura, satis superque ostendunt. Et jure Canonico magna sepulcris privilegia indulgeri, non nisi hospitem in illò jure latere possunt.
- 17 Ex hæctenus igitur dictis satis constare puto, non originem modò sepulcrorum esse antiquissimam, sed ad exhibendum sepeliendi officium hominem de omni etiam jure teneri.
- 18
- 19
- 20 Causam autem moris hujus introducendi sæpè laudatus Grotius *d. j. B. & P. c. l. §. 2.* tradit hanc: quòd, cum homo cæteris animantibus præstet, indignum visum fuerit, si ejus corpore alia animantia pascerentur, quare inventam sepulturam, ut id quantum posset, caveretur; quod etiam ante Grotium ponderavit

La.